TIT. XLIX.

DE [1] OBLATIONE [2] VOTORUM [3].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Baſilio P. U.

QUando [4] votis communibus felix annus aperitur [5], in una libra auri, & ſolidis obryzatis [6] principibus offerendi devotionem animo libenti ſuſcipimus: ſtatuentes, ut deinceps ſequentibus annis uniuſcujusque ſedulitas Principibus [7] ſuis talia inferat ſemper, & deferat. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolan.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

TIT. L.

DE [8] NUMERARIIS, ACTUARIIS, ET CHARTULARIIS, ET ADJUTORIBUS, SCRINIARIIS, ET EXCEPTORIBUS [9] SEDIS EXCELSÆ [10], CÆTERORUMQUE JUDICUM, TAM MILITARIUM, QUAM CIVILIUM.

De numerariis, & tabulariis.

1. Imp. CONSTANTINUS [11] A. ad Veronicianum Vic. Aſiæ.

VOrax [12], & fraudulentum numerariorum propoſitum, qui diverſis obſequiis Rectoribus obſequuntur, ita inhibendum eſt, ut antea ſancivimus, & nunc itidem ſancimus, conditioni eos ſubdi tormentorum, & eculeis [13] [atque] lacerationibus ſubjacere. Dat. 14. Kal. Jun. OPTATO, & PAULINO CONSS. 334.

2. Impp. [14] VALENT. & VALENS AA. Clearcho.

QUi [15] numerarii appellari conſueverant Conſularium, atque Præſidum, duntaxat [16] tabularii poſt hanc noſtram ſanctionem vocabuntur: ſcientes ſe tormentis eſſe ſubjectos, niſi [17] judicibus, vel his qui provecti noſtro judicio ad provincias venerint, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum [nomen, & [18]] modum frequenter ingeſſerint ſub actornm teſtificatione: quos ſcire oportet, cum his, qui debitores ſunt, ſeſe ad ſolutionem eſſe retinendos, niſi omnia debita ipſis fuerint indicantibus perſoluta, triennii [19] tamen ſpatio tabulariorum decet tempus omne concludi. Dat. 14. Kal. Mart. *Conſtantinop.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS.

3. Iidem AA. Rufino P. P.

NUmerarios [20] Ampliſſimæ tuæ Sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere jubemus. Dat. prid. Id. Decembr. *Pariſiis*, VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

In omni Provincia duo Numerarii, & Tabularii collocantur. Bart.

4. Imppp. [21] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. omnibus Rectoribus Provinciarum.

IN [22] provinciis ſingulis duo Numerarii qui & Tabularii collocentur: quo ad unum fiſcalis arcæ [23] ratiocinium ad alterum largitionales pertinere tituli jubeantur: hoc ſcituri, quod ſi ex alterius [24] quicquam actibus ad alteram [25] partem illicita [26] fuerit uſurpatione translatum: is qui culpam judicis diſſimulatione texerit [27], graviſſimo ſit ſupplicio ſubjugandus. Dat. 3. Kal. April. CP. ANTON. & SYAGRIO CONSS. 382.

De exceptoribus.

5. Iidem AAA. Principio P. P.

EXceptores [28] omnes judicibus Provincialibus obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere videntur, neque a fiſco ullas conſequuntur annonas, abſque metu dare cœptis operam, etiamſi decuriones ſint, minime prohibemus: dummodo munera [29] propriæ civitatis agnoſcant, & peracto ſecundum morem exceptionis officio, ad propriam ſibi curiam redeundum eſſe non neſciant. Dat. 4. Id. Decembr. *Aquileiæ*, ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

De Numerariis Actuariis.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Severo P. U.

NE [30] diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum [31] conſortiis adjuventur, illuſtris auctoritas tua cunctos ex numerariis actuariorum ſocietate præcipiat [32] abſtinere, atque ab eorum communione diſcedere: quod ſi hoc moniti cuſtodire neglexerint, iisdem pœnis ſe quibus actuarios, non ambigant ſubjacere. Dat. 4. Kalend. Jun. *Niciæ*, HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De actuariis.

7. Impp. [33] THEOD. & VALENT. AA. Hierio P. U.

ACtuarios [34] tam claſſium [35] Urbis Conſtantinopolitanæ, quam Tymelæ [36], equorumque curulium [37] civitatum diverſarum, non aliter, niſi ut conſueverat [38], manus ſanxerit principalis, ſublimitas tua præcipiat ordinari, quod [39] ſi quis talis ſub tua fuerit judicatione convictus: profecto irritis his, quæ vetita contrectaverit, etiam congruam indignationem incurrat. Dat. 10. Kalend. Jul. *Nicomediæ*, THEOD. XII. & VALENT. II. AA. CONSS. 426.

De ſcriniariis vel numerariis præf. præt.

8. Iidem AA. Protogeni P. P.

SCriniarios vel Numerarios officii Magnitudinis tuæ jubemus nullatenus in poſterum aut mutuam pecuniam ſumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expenſis cogi: quos nullam poſt depoſitam militiam inquietudinem ſuſtinere volumus.

De actuariis.

9. Impp. LEO jun. & ZENO AA.

NEmini licere deinceps jubemus in quacunque militia connumerato, ſollicitudinem actuarii ſubire: vel poſt depoſitam eandem curam ad militiam adſpirare, quatenus inter privatos agens, omnique militari privilegio denudatus, nihil mundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attentare valeat.

De Scriniariis, Numerariis, Adjutoribus, Chartulariis.

10. Imp. ZENO A. * P. P.

NUlli [40] Scriniario liceat pro tempore Numerarios plus quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adjuvare. Idemque hoc ſuper Chartulariis in præbenda pro tempore numerariis opera obſervari decernimus, ita ut Adjutorum quidem biennii, Chartulariorum vero unius anni intervallo continuatio interrumpatur: nulla Adjutoribus ad Chartulariorum ſollicitudinem quam ſemel deſignati ſunt deſcendendi [41] danda licentia: ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore Numerariis, nonniſi ab his ſcriniariis qui inter triginta viros a Numerario retro numerandos, Aſianæ [42] vero diœceſios numerariis nonniſi ab his qui intra quinquaginta a numerario ſimiliter retro numerando inveniuntur: Ponticæ vero & Thraciæ [43] diœceſeos pariter, & pro ſuo libito ex omni multitudine eligendorum adjutorum tribuatur facultas.

§. 1. Omnia ſane commoniones, vel præceptiones, aut evectiones, ſeu quælibet publica inſtrumenta, non ſolum Adjutoribus, verum etiam Provinciæ illius de qua diſponitur, tractatori [44] inſpiciendi, itidemque ſubſcribendi, aliorum quoque qui una cum eo tractant [45] in eadem ſubſcriptione mentione habenda, neceſſitatem incumbere. §. 2. Si quid autem ſine hac obſervatione ex Orientali, vel Aſiano, vel Thraciano [46] ſcrinio fuerit emiſſum, falſi ſuſpicione non careat: exceptis publicis inſtrumentis quæ a ſcrinio Ponticæ diœceſeos emittuntur, quod in iisdem inſtrumentis ſolum numerarium ejuſdem diœceſeos atque Adjutorem & Chartularium ſubſcribere Magnitudo tua diſpoſuit: ita ut ſi quid hujus legis fuerit violatum Numerarii quidem tam gradus ſui quam ſolemnitatum fraudentur univerſi [unius] jacturam: Adjutores vero quinquaginta librarum auri, & Chartularii quindecim itidem librarum auri pœnam ſubeant [47].

De numerariis.

11. Idem A. Cotoni Magiſt. milit.

OFficio [48] tuæ Magitudinis datis precibus poſtulante, ut Numerariorum actus non in biennium, ſed in unum annum [49] ſtatuatur: noſtra pietas hujuſmodi petitionibus annuens, diſpoſitionem quæ ſuper biennio promulgata fuerat, ſuper uno tantummodo anno [49] revocavit.

De Cornicularis, Chartulariis, Primiſcriniis & Numerariis.

12. Imp. ANASTASIUS A. * P. P. Illyrici.

PEr hanc divinam pragmaticam ſanctionem decernimus, quod antea Tribunis Prætorianis, dum dignitas eis qui in ſcriniis [50] ſeu gradibus officii tuæ Celſitudinis deponunt militiam præbebatur & cuſtoditum fuiſſe dignoſcitur, hoc ſuper Comitivæ dignitatis eis impertiri: ut ſententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & ſine ſpeciali codicillorum vel divinorum apicum ſanctione ad eandem dignitatem adipiſcendam & privilegia eam ſequentia ſufficiat: ita tamen ut primi ordinis Comitivam per interlocutionem ejuſdem poteſtatis mereantur [hi, id eſt] Cornicularius [51], & Chatularius, Primiſcrinius, & Numerarius ſcrinii Macedoniæ, & ſcrinii Daciæ, & ſcrinii operum, & ſcrinii auri. Hoc eodem in his etiam qui poſt novellam diſpoſitionem divæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdem pœnis loquitur: & de iisdem perſonis [52], quæ depoſuerunt militiam, obtinente.

1 *L. 7. C. Th.* 24. 2 Al. *De obſervatione votorum.* al. *De obligatione.* 3 De votis adde *l.* 233. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* 4 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 5 Nuncupabantur vota ineunte anno pro ſalute principis, *l. ſi caluitur. ff. de verb. ſignif.* & offerebatur libra auri in 72. ſolidis obryziatis ſive obryzatis: quo nomine quid ſignificetur vide Cujacium *ad tit. de vet. num. pot.* & Cottam *in voc. obryzati.* Mod. 6 Obryzati ſolidi quid eſſent, dixi ad *l.* 3. *Cod. ſupr. de vet. numiſm. poteſt. lib.* 11. *tit.* 10. Sunt qui ad *Ophir*, (quam provinciam Peru hodie vocari nonnulli putant) hanc vocem trahant. 7 Al. *principalibus.*

8 *L.* 13. *C. Th.* 1. περὶ ταβουλλαρίων καὶ χαρτουλαρίων βοηθῶν ἤτοι σκρινιαρίων καὶ ἐξκεπτόρων τῶν πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἀρχόντων, de Tabulariis, adjutoribus ſive ſcriniariis & exceptoribus, tam civilium, quam militarium judicum. *Syn. Baſil.* 6. *tit.* 36. adde *l.* 25. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* 9 Executoribus. 10 Excelſæ, id eſt, *prætorianæ.* 11 *Al.* Impp. Valentin. & Valens AA. 12 Voracitas ſeu concuſſio in officiali punitur. *l.* 4. *C. Theod. h. t.* 13 Aculeis. 14 *Al.* Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. 15 *l.* 9. *C. Theod. h. t.* 16 Recte addit hoc de conſularibus & præſidibus. nam illuſtrium præf. prætor. numerarii, vel etiam ſpectabilium conditionales non ſunt, quinimo cingulum militiæ geſtant & tenent, qui in officio præf. prætorio numerarii ſunt. *Mod.* 17 Vide *l.* 1. ℨ. *de exact. tributorum. l.* 10. *tit.* 19. 18 Abſunt a *quib. lib.* 19 Vide *l.* 11. ℨ. *h. t.* 20 *l.* 11. *Cod. Theod. h. t.* 21 *Al.* Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. 22 *l.* 12. *C. Theod. h. t.* 23 Al. *haſtæ.* 24 Alienis. 25 Alienam. 26 *l.* 36. *ff. de regul. juris. l.* 2. ℨ. *de executoribus. h. l. tit.* 61. 27 *Traxerit*, al. *tenuerit.* 28 *l.* 2. ℨ. *de proximis ſacrorum ſcriniorum. h. l. tit.* 19. adde *l.* 19. §. 9. *ff. locati.* 29 Munia. 30 *l.* 14. *C. Theod. h. t.* 31 *Numerarii* rationes & chartas tractabant in officio præf. prætorio; præf. urbi; præſidum & ducum. *Actuarii* palatinorum & comitatenſium numerorum rationes tractant, *l.* 5. *ſupr. de erogat. milit. ann.* & ita actuarii ſpecialiter accipiuntur. *l.* 3. 5. 10. & 15. *C. Theod. hoc tit. de numer. actuar.* Alii autem ſunt actuarii, de quibus dicetur *tit. ſeq.* Alii actuarii comitum ærarii. *l.* 3. ℨ. *de div. off.* Fuere & præf. prætorio, proc. præſidibus, vicariis, præf. urbi, ab actis. *Mod.* 32 Percipiat. 33 *Al.* Imp. Leo A. 34 *l.* 4. *in princip. ſupr. de munerib. patrimoniorum, l.* 10. *tit.* 41. *l.* 5. *in princip. ſupr. de ſpectaculis. l.* 11. *tit.* 40. 35 Al. *clariſſimæ.* 36 *Chimeleæ.* al. *Antiochiæ.* Pyrrhus & Alciatus legunt *Timeleæ*, ſed hanc legem, ut excuſa eſt, reſtituit Cujacius ex *veter. lib.* & *l.* 21. & 22. *C. Theod. de div. offic.* qui interpretatur *Thymeleæ*, id eſt, ſcenæ. 37 Al. & *quarumcunque curialium.* *Al. quamque curialium.* Apulej. *l.* 3. equum curulem nimia velocitate refectum: Circenſes dicuntur hi equi. *l.* 1. §. 2. *ff. de munerib. & honorib.* quorum alendorum munus patrimoniale, non perſonale, *ut alias dixi.* 38 Conſueverant. 39 Quin. 40 Scriniarii adjutores non debent ſociari numerariis & chartulariis, niſi ſecundum modum hic declaratum. Bart. 41 Diſcendi. 42 Aſiæ. 43 Thraciæ. 44 Tractator hic paulo ante chartularius dictus eſt, a chartis tractandis, ut & *l.* 3. ℨ. *de canone largitional. lib.* 10. *tit.* 23. *l.* 6. ℨ. *de executoribus*, *h. lib. tit.* 61. *Novell.* 28. & 30. *c.* 2. & 128. *cap.* 24. *in fin.* 129. & 147. *c.* 2. 45 Contractant. 46 Thraciaco. 47 Pœnæ ſubjaceant. 48 Numerarii, qui rectoribus parent, triennales ſunt, *l.* 2. ℨ. quod de numerariis Præf. prætorio proditum eſt. *l.* 13. & *ult. C. Theod. h. t.* At numerarii, qui ſunt in officio magiſtrorum militum, annui ſunt; olim erant biennales. *Mod.* 49 Al. *diſpoſitionem, quæ ſuper uno tantummodo anno promulgata fuerit, revocavit. l.* 2. ℨ. *h. t.* 50 Scriniarios operum intelligit Cujacius *Novell.* 128. *cap.* 18. qui ſub Præfecto prætorio erant, quibus interdicta diſcuſſio eſt rationum ad civitates pertinentium *dicta Nov.* 128. *c.* 18. 51 Cornicularius officialis qui præeſt cornibus ſecretarii ut ſcribit Caſſiodorus *lib.* 11. *Variar.* 52 Alias additur, *quæ.*

TIT. LI.

DE [1] CURSU [2] PUBLICO, ET [3] ANGARIIS [4] ET PARANGARIIS.

1. Imp. CONSTANT. A. Titiano.

EQuos, qui publico curſui deputati ſunt, non [5] lignis, vel fuſtibus, ſed flagellis tantummodo agitari decernimus: pœna non [6] defutura contra eum, qui aliter fecerit. Dat. prid. Id. Maji, SABINO & RUFINO CONSS. 316.

2. Iidem AA. [7] Cyndino P. P.

PRæſidibus, & Rationalibus [8], cæteriſque quibus propterea [9] reſpublica [10], & annonas, & alimenta pecoribus ſubminiſtrat [11], uſurpandi [12] paraveredi [13] licentia derogetur. Sed nec per aliam viam eundi quiſquam habeat facultatem: niſi per quam curſus publicus ſtare dignoſcitur: excepta videlicet tua ſublimiſſima ſede, cui curſus publicus, & proficiſcendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præſto eſt. PP. 15. Kal. Mart. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

3. Imp. [14] CONSTANT. A. Tauro P. P.

EVectiones [15] ab omnibus poſtulentur, & tam judices, quam cuſtodes publici curſus minime [tranſire] patiantur antequam ſeriem evectionis aſpexerint. Quod ſi [16] quis putaverit reſiſtendum, & ſine evectione iter facere detegatur, vel ultra tempus quod evectioni inſertum eſt, publico curſu uti conatus ſit: ubi repertus fuerit, ibidem [17] jubemus retineri: & ſiquidem dignitate præditus ſit, de ejus nomine ad providentiam [18] tuam, & ad illuſtrem virum comitem [19], & magiſtrum officiorum referri: adverſus vero cæteros protinus indignatio competens exercenda eſt, quos ſinceritas tua pro loco graduque militiæ ibidem coërceri poſſe crediderit. Datum 8. Kal. Jul. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

4. [20] Imp. [21] JULIANUS A.

PArhippum [22] eum [23] videri, & habendum eſſe, qui [24] uſurpato uno [25], vel duobus veredis quos ſolos evectio continebit, alterum, tertiumve extra ordinem commoveat [26]. Nihil autem intereſſe debet, nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus ſuo itineri, an mulionis ſubjugando, modo evectionis datæ formæ licentiam non excedat. Dat. 5. Id. Septemb. MAMERTINO & NEVITTA CONSS. 362.

5. Impp. [27] VALENT. & VALENS AA. ad Symmachum Correctorem Lucaniæ, & Brutiorum.

SI [28] quis per publicum curſum iter faciens, cujuſcunque dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diverterit, pœna in eum competens proferatur. Dat. 8. Kal. April. *Mediolani*, VALENTINIANO, & VALENT. AA. CONSS. 365.

6. Iidem AA. & GRATIANUS A. ad Amphilium.

EVectionum [29] copiam ſenatui cum proficiſcendi ad nos neceſſitas fuerit, ſerenitas noſtra largita eſt: ita tamen, cum aut a nobis evocatur, aut a clementiæ noſtræ veneratione diſcedit. Si quis ergo poſthac contra vetitum ſibi curſum publicum illicita temeritate præſumpſerit, motum in ſe noſtræ manſuetudinis excitabit. Dat. 3. Id. Decembr. *Trev.* GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

7. Iidem AAA. ad Hiſprinium P. P.

IN [30] omnibus provinciis veredorum quarta pars reparetur [31]: ſtabula autem ut impenſis publicis extruantur, contra rationem eſt: cum provinciarum ſumptu, in quorum locis ſtabula conſtituta ſunt, citius arbitremur apparanda, & utilius ſit, tam publico, quam his, quos [32] ſtercus [animalium pro] ſuo ſolatio habere concedimus. Dat. 3. Kal. Mart. *Trev.* GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS.

8. Imppp. [33] VALENT. GRAT. & VALENS AAA. Floro Com. R. P.

UT [34] agendi itineris poſſit eſſe moderatio, deni veredi per dies ſingulos ex utraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui ſtatuta noſtra [35] neglexerint.

Faciendæ evectionis copia omnibus judicibus denegetur, excepto Præfecto prætorio, & officiorum magiſtro. Bart.

9. Imppp. [36] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. [Floro] * P. P.

JUdicibus [37] faciendæ evectionis copiam denegamus: cum id tantum noſtro numini [38], & tuæ ſedi, necnon [39] viro illuſtri magiſtro officiorum ſit reſervandum: cum neque præfecto urbi, nec magiſtris militum, nec [40] ducibus, nec vicariis, nec cuiquam [41] alii præter memoratas duas poteſtates a nobis hoc conceſſum ſit [42]. His enim [43] tantum ambulandi facultatem judices ex ſuo arbitrio præbituri ſunt, quos in tranſmiſſionem publicarum functionum perſecutores [44] viderint conſtitutos: ſcituri, ſi definitionem noſtram exceſſerint, ſe quidem vigintiquinque auri libris, officia vero quinquaginta eſſe multandos. Datum 10. Kalend. Aug. CP. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

10. Iidem AAA. Philagio Com. Ord.

GRaviſſimæ [45] pœnæ acerbitate propoſita, evectionum [46] contractus, animalium quoque publicorum merces, & ementis & diſtrahentis coërcitione prohibemus. PP. *Byzato.* Dat. 15. Kalend. Octob. ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

11. Iidem AAA. Cynegio.

NUllus [47] evectione utatur privatus, tametſi valuerit impetrare. Dat. 6. Non. Mart. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

12. Imppp. [48] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

QUoniam [49] veredorum [50] quoque cura pari ratione [51] tractanda [52] eſt [53]: ſexaginta libras auri ſella cum frenis, ſexaginta [itidem] averta [54] non tranſeat: ea conditione, ut ſi quis præſcripta moderaminis imperatorii libramenta tranſcenderit, ejus ſella in fruſta cædatur: averta vero fiſci juribus deputetur, exceptis auri centenariis [55], quæ neceſſarium [56] eſt ab hippocomis [57] in ſolitis ſacculis reportari. Dat. 15. Kal. Jul. CP. ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

Non debent ruſtici, qui hippocomi appellantur, perducendo equos, per publicum curſum indigna ſpoliatione vexari. Bart.

13. Iidem AAA. Floro P. P.

NOn [58] patimur hippocomos per eos, qui veredis utentur, indigna ſpoliatione vexari: ſi quidem nonnulli veredarii [59] ſaga eorum dicuntur auferre, vel præcidere. Quocirca per omnes judices, & curioſos [60] miſerabilis removeatur [61] injuria: ſcientibus cunctis, quod ſi obſervata non fuerit noſtra ſanctio, non ſolum damna reſarcire, verum etiam notam, & multam, qui neglexerit, ſubire cogetur. PP. 15. Kal. Jul. *Trev.* VALENTINIANO A. IV. & NEOTERIO CONSS.

14. Iidem AAA. Potamio P. P. Auguſtali.

PUblici [62] curſus exhibitio ſecundum locorum conſuetudinem [63], vel curialibus, vel cohortalibus [64] debet committi, vel his, qui [65] ſuo periculo ab eminentiſſima præfectura ſub competenti cautela excipiunt. Dat. 3. Kal. Aug. CP. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 394.

15. Impp. [66] ARCAD. & HONOR. AA. Dextro P. P.

SI [67] quis, vel pro una [68] mutatione veredum ſuperducendum eſſe crediderit, in quadruplum ſuperductorum [69] animalium pretium fiſci juribus [70] inferat. Datum 15. Kalend. April. *Mediolan.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

16. Iidem [71] AA. Remitheo duci Armeniæ.

HIs [72] tantummodo utendi curſus publici facultas conceſſa eſt, qui legati [73] de diverſis gentibus ad noſtram clementiam properare feſtinant.

17. Iidem AA. Lucentio [74].

NEmo [75] mulionem mutationibus deputatum, vel per ſolicitationem, vel per receptionem [76] ſubtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans. Dat. 12. Kalend. Mart. *Mediol.* HONORIO A. IV. & EUTYCH. CONSS. 398.

18. Iidem AA. Meſſalæ P. P.

ANimalia [77] publica dum longe majore [78], ac periniquo pretio pabula æſtimantur, per mancipes, atque apparitores aperte vexantur: ne id contingat, ſublimitas tua diſponat, ut nec pabula mutationibus deſint, nec provinciales ultra, quam juſtitiæ ſinit ratio, prægraventur. Dat. 15. Kal. Decemb. STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

19. Iidem AA. & THEODOS. A. Septimio Procur. Afric.

COmperimus [79] provinciales, & pabula, & pecuniam pro [curſu] equorum curſualium ſolenni ratione conferre, & extrinſecus

1 *L.* 8. *C. Theod.* 5. περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ τῶν τοῖς κουρσώροις χρωμένων. *Synopſ. Baſil.* 57. *tit.* 17. id eſt, de curſu publico, & iis, qui conturis utuntur. Galli appellant *Poſtes.* 2 De curſu publico multa Alciat. hic non aſpernanda, itidem & Budæus in annot. poſter. ad Pandectas. 3 *Eclog. lib.* 5. *tit.* 1. 4 Angaria eſt, qua curſus publicus diſpoſitus eſt: parangaria, alioverſum. vid. *Synopſ. Baſil.* 5. *tit.* 1. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 22. adde *l.* 18. §. 4. *ff. de munerib.* 5 Οὐδὲ ξύλοις, οὐδὲ ῥοπάλοις τύπτονται, ἀλλὰ μόνον φραγγελλίοις (id eſt, flagellis) ἐλαύνονται. *Synopſ. h. t. c.* 1. adde *l.* 1. §. *impuberi.* 33. *ff. de SC. Silaniano.* 6 Vero. 7 *Alias*, *Acyndino.* 8 Καθολικοῖς. Præſidibus & generalibus cæteriſque procuratoribus, & cuivis alii magiſtratui, ac eorum animalibus propterea ex publicis rationibus alimenta deputata ſunt, ne publico curſui moleſti ſint. 57. *Synopſ.* 17. *c.* 2. 9 Præterea. 10 *Reſpublicæ, in quibus. manuſcr.* id eſt, civitates. 11 Al. *ſubminiſtrant.* 12 Adde *l.* 10. ℨ. *h. t.* 13 Veredi ſunt publici equi curſuales: Paraveredi videntur eſſe majores equi agminales, quos vulgo Paraſredos vocant. Cujac. *ad hunc tit.* Galli *Pallefroys.* 14 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. * P. P. 15 Evectiones, ſunt diplomata, ſive codicilli, quibus curſu publico utendi facultas datur. Cujac. quæ & ſynthemata & combinæ & tractatoria dicuntur. Apud Græcos (hoc eſt autorem ſynopſeos 58. *tit.* 57. *cap.* 8.) hæc ſententia eſt. A quovis iter faciente, licet maximæ vir dignitatis ſit, præpoſiti curſus publici accipiant συνθήματα teſſeras. Quod ſi reſiſtet, ad P. Prætorio & Comitem & magiſtrum officiorum de eo referatur. Cæteri protinus puniantur. 16 Publicanos ſuſpectos fraudati vectigalis, ſuſpectis in locis iter inſtituentes, manu injecta retinere poſſe hinc colligit Corſetus *ſingulari*, *Gabella ſi aliqui.* 17 Eodem. 18 Prudentiam. 19 Magiſter officiorum dicitur etiam Comes, ut in *l.* 10. *C. Theod. de curioſis & inſcriptione legis* 3. ℨ. *de officio magiſtri offic.* & *l.* 3. *l.* 4. *ſupr. de caſtrenſianis. h. l. tit.* 26. Ita eundem vocat Ælius Amidenus medicus. 20 *Al.* Imp. Juſtin. A. Mamertino P. P. 21 *Al.* Impp. Honor. & Th. AA. 22 Parhippus eſt, qui uſurpato uno, vel duobus veredis, quos ſolos evectio continet, alterum tertiumve extra ordinem commovet. V. Caſſiod. *lib.* 4. & 5. *Var. ep.* 4. 23 Publicanus poteſtatem Titio faciens rerum exportandarum, Titii quoque uxori earum exportandarum feciſſe intelligitur: ut reale quam perſonæ beneficium ſit magis. Corſetus *ſingulari, Gabella gabellariis.* 24 Id eſt, ſi quis. 25 *l.* 15. *l. ult.* ℨ. *h. t.* 26 Commovere equum, eſt eo uti. vid. *l. ult.* ℨ. *h. t.* 27 *Al.* Imp. Theod. Conſ. A. 28 *l.* 25. *C. Theod. h. t.* 29 *l.* 32. *C. Theod. h. t.* 30 *l.* 34. *C. Theod. h. t.* 31 Reparari ita dicitur quintum animal. *l.* 4. ℨ. *de murilegulis. lib.* 11. *tit.* 7. 32 Fimetum ſeu ſtercus equile pro ſolatio hoſpiti relinquendum, vide *l.* 12. §. *ſed ſi pecoris.* 2. *ff. de uſu & habitat. Inſt. de uſu.* 33 Imp. Valent. A. 34 *l.* 38. *C. Theod. h. t.* 35 *Al.* additur, *lege.* 36 Impp. Leo & Anthemius. 37 *l.* 40. *C. Theod. h. t. l.* 2. ℨ. *de cohortal. h. l. tit.* 58. 38 Nomini. 39 Nec vero. 40 *l.* 16. *l.* 20. ℨ. *h. t.* 41 Cuidam. 42 Eſt. 43 Etenim. 44 Proſecutores. 45 *l.* 41. *C. Theod. h. t.* 46 *l.* 2. *ſupr. h. t.* 47 *l.* 44. *C. Theod. h. t.* 48 *Al.* Imp. Leo A. 49 *Pars legis* 47. *C. Theod. h. t.* 50 Ἵππων: Quoniam & equorum habenda cura eſt, ſexaginta libras ſella cum freno habeat. ἡ δὲ βέρτα, vel ἀβέρτα τουτέστι τὸ ὑπομάσχαλον ὅπερ ἐπιφέρονται κατὰ τοῦ νώτου, καλεῖται δὲ βέρτα ἐκ τοῦ ἀποστρέφεσθαι. Averta vero (id eſt, lateralium quod in tergo geſtant: vocatur autem averta ex eo, quod averſa ſit) & ipſa librarum ſexaginta ſit. Quod ſi quis præſcriptum hunc modum tranſcenderit, ejus ſella in fruſta comminuetur, & averta fiſci juribus deputabitur: excepta tamen auri centenaria ſunto. 57. *Synopſ. Baſil.* 17. *c.* 12. 51 Impetratione. Al. *moderaminis imperii.* 52 Vid. Panciroll. *rer. memorab. lib.* 2. *tit.* 16. Anſ. 53 Contractanda. 54 Averta, quod explicat Budæus *in tit. ad l. Cornel. de falſ.* 55 Ornamenta erant veredorum avertis applicita. ita DD. male. 56 Neceſſe. 57 Hippocomi dicuntur ſtabularii, ſeu equorum curatores. Gloſſis ἱπποκόμος, Agaſo, Equilio. 58 *l.* 50. *C. Theod. h. t.* 59 Veredariis. 60 Curioſi ſunt, qui curam totius publici curſus gerunt. *Maître des Poſtes.* 61 Moveatur. 62 *l.* 51. *C. Theod. h. t.* 63 *l.* 22. ℨ. *h. t.* Conſuetudo in publici curſus exhibitione ſervanda, *ut hic.* Unde notant, mulos equoſve conductitios plus conſuetudine præcepta non eſſe onerandos. Corſetus *ſing. Onus.* 64 Cohortales apparitores, præſidum perpetui cohortalini, & beneficiarii curam habentes manſionum equorum dicuntur Patricio apud Thalelæum 45. *Baſil.* 1. *l.* 7. ℨ. *de cohortal. h. l. tit.* 58. *l. officiales*, ℨ. *de epiſc. & cleric.* cætera vid. *in l.* 10. ℨ. *de cohortalib. h. l. tit.* 58. 65 Quos. 66 *Al.* Imp. Zeno A. 67 *Pars legis* 53. *C. Theod.* Si quis vel unam mutationem (curſus ſubaudi) prætervectus fuerit, quadruplum animalis pretium perſolvat. 57. *Synopſ.* 17. *c.* 36. 68 *l.* 4. *ſupr. h. t.* una mutatio, *une poſte.* 69 Supradictorum. 70 *Viribus*, quod magis probat Cujac. quia in lib. veter. frequentius reperitur. 71 Al. *Idem A.* 72 *Pars legis* 57. *C. Th. h. t.* 73 Vid. *l.* 9. *ſupr. h. t.* Goth. Privatis non licet uti curſu publico, niſi legatis diverſarum gentium ad comitatum feſtinantibus, vide porro Joannem Aurpachum *lib.* 1. *ſingul. allegat. cap.* 9. & *lib.* 2. *c.* 31. Mod. 74 *Al.* Vincentio P. P. 75 *Pars legis* 58. *C. Th. h. t.* 76 Al. *obreptionem.* 77 *l.* 60. *C. Theod. h. t.* 78 Minore. 79 *l.* 64. *C. Th. h. t.*

etiam paraveredorum onere prægravari. Provinciarum igitur rectores procurent, ne unquam curſus publicus veniat in querelam, & occaſio deceptionis curiales [1], vel provinciales animalia indebita præſtare compellat. Dat. 7. Kalend. April. *Raven.* DN. THEODOS. A. I. & RUMORIDO CONSS. 403.

Nullus dux poſtquam ducatum ſuum intravit, uti debet curſu publico, ſed jumentis propriis. Bart.

20. Iidem AA. Anthemio P. P.

NEmo [2] ducum ingreſſus ſemel provinciam ſuam, poſtmodum [in] itineribus faciendis curſu, atque angariis ipſe [ſive] ſuum [3] utatur officium, ſed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur. De cohortalinis [4] etiam officiis eadem lege ſancimus: ne quis ex his per provinciam ſuam diſcurrens, veredo uti conetur in poſterum, cum ſacra prohibitum ſanctione cognoſcat. Quod ſi quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putaverit: per ſingula animalia, quibus uſus fuerit, ſingularum librarum auri illatione multabitur. Dat. 4. Non. Auguſt. CP. DD. NN. HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

21. Impp. THEOD. & VALENT. AA. [5].

NUllus [6] penitus [7] cujuslibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia, vel domus regia tempore expeditionis [8] excuſationem angariarum, ſeu parangariarum habeat.

22. Imp. LEO A. [9] * P. P.

CUrſum [10] ambularem [11] ab omni Orientali tractu, necnon ab his civitatibus aliarum regionum, quarum inſtructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen ut in tranſitu fortiſſimorum militum quando noſtra ſerenitas diſpoſuerit, ex aliis ad alia eos loca deduci, evectioneſque animalium ſecundum conſuetudinem a noſtra fuerint ſerenitate conſecuti, & in armorum, tam confectione, quam tranſlatione ſervata conſuetudine, in profectione, quinetiam legatorum animalium dominis, qui ea ſolent accepta mercede locare, præbenda penſio, arcæ [12] tui culminis imputetur, tractatorias videlicet animalium ſuper memoratis cauſis nulli alii judici, cujuſcunque ſit dignitatis, niſi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

23. Imp. [13] ANASTASIUS A.

JUbemus nemini licere cujuſcunque ſcholæ, vel officii, vel militiæ, ſeu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque cauſam proficiſcenti, ſeu redeunti [14], ſupra unum veredum, unumque paraveredum, cum evectione tamen judiciali movere [15]: niſi ſpecialis [16] ei præſtita ſit noſtræ ſerenitatis quantitatem animalium continens evectio: exceptis proculdubio his, qui pecunias publicas devehunt: cum in hac parte ſine noſtra quoque ſpeciali auctoritate tanta conveniat animalia moveri, quanta tranſvehendæ pecuniæ ſumma, & ejus tuitio depoſcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque noſtra juſſa quolibet modo, ſeu tempore violaverint, ſeu violare conceſſerint.

TIT. LII.

DE [17] TRACTATORIIS [18], ET STATIVIS.

1. Imppp. [19] THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

TRactatoriæ [20] cum ſtativis [21] ſolitis tantummodo biduum tempus accipiant: nulli vero penitus cum neceſſariis ſibi perſonis præbeantur, niſi his tantummodo, qui animalia [22], atque eos [23] ſacro uſui neceſſarios [24] proſequuntur [25]: ita tamen, ut his dimiſſis in tractatoriarum corpore, quinque [26] dierum numerus adſcribatur: ut nullus ultra [27] hoc temporis ſpatium ad reſidendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciſcatur. Datum 7. Kalend. Septembr. CP. ARCAD. A. II. & RUFIN. CONSS. 392.

TIT. LIII.

DE APPARITORIBUS PRÆFECTORUM PRÆTORIO ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. Impp. [28] VALENT. & VALENS AA. Mamertino P. P.

PRæfecturæ [29] cornicularios, qui annis ſingulis exeunt, poſt tranſactos corniculos noſtram adorare [30] purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum jam miſſionem tenuerint [31] liberum otium damus, ut ad ſuſceptionem, vel cujuslibet neceſſitatis officium minime devocentur. Datum 3. Kalend. Februar. *Mediol.* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 367.

2. Iidem AA. Zoſimo præſidi Epiri novæ.

PRæfectianos [32] ad perniciem provincialium exactionibus [33] in provinciis, vel potius lucris, vel quæſtibus ſuis ſeſe immiſcere vetamus: præterea, vel horreorum gerere cuſtodiam, vel curiarum [34] jus, atque arbitrium ſibi præſumere [his denegamus [35]]. Horum ſi quis præſentis legis temerator exiſtat, volumus eum competenti motu & indignatione percelli. Dat. 14. Kal. Decemb. *Mediol.* VALENTINIANO & VALENTE IV. AA. CONSS. 373.

Cornicularii, primiſcrinii, & numerarii præfecti prætorio ſortita laborum requie privilegiis hic inſertis gaudent. Bart.

3. Impp. [36] THEODOS. & VALENT. AA. Zoilo Præfecto Prætorio.

COrnicularii [37], & primiſcrinii, numerarii inſuper qui in officio tuæ ſublimitatis per ordinem obſequiis militiæ terminatis, deſideratam laborum requiem ſortiuntur: pro multis erga rempublicam ſudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium judicum ſemper habeantur immunes, & civilium tantum judicum, non etiam militarium juriſdictioni ſubjaceant. Huic ſanctioni addendum eſſe cenſemus, ut ſi quis præfectianus [38] dum militat, vel poſt depoſitum cingulum, ſine teſtamento quod legibus comprobatur, nulliſque ab inteſtato ſucceſſoribus derelictis, fati munus impleverit: omnes ejus patrimonii facultates proviſione magnificæ tuæ ſedis non fiſci juribus, ſed arcæ [39] tui culminis rationibus vindicentur. Scriniariis autem [&] exceptoribus, cæteriſque qui in officio tui culminis merent [40]: cum in legione [41] prima adjutrice noſtra militant, audientiam tantummodo in cauſis in quibus pulſantur, tuæ celſitudini deputamus. In provinciis vero commorantes, rectoribus earum eos reſpondere jubemus, niſi publicum officium aliquod eis injunctum ſit.

TIT. LIV.

DE APPARITORIBUS PRÆFECTI URBIS.

Qui adminiſtraverunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Bartol.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Principio P. P.

PRæter eos, qui de officio eminentium poteſtatum, numero ſtipendiorum, & curriculis evolutis, urbiſque præfecturæ ſerenitatis [42] noſtræ annis ſingulis attingere purpuram [43], venerarique præcepti ſunt: nulli prorſus eorum, qui provincialia officia peregerint, tranquillitatis noſtræ muricem adorare ſit liberum, omnium ſuffragiorum obreptione ceſſante. Dat. 14. Kal. Octob. *Aquilan.* ARCAD. A. & BAUTONE V. C. CONSS. 385.

2. Impp. [44] HONOR. & THEODOS. AA. Palladio Præfecto Prætorio.

QUicunque [45] illuſtris urbanæ ſedis apparitor clandeſtina fraude piſtorem [46] concuſſerit [47], accuſatus atque convictus, perpetui [48] panificii [49] nexibus addicetur [50]. Dat. 7. Kal. Jan. *Ravennæ*, HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. V. C. CONSS. 419.

TIT. LV.

DE [51] APPARITORIBUS MAGISTRORUM MILITUM, ET PRIVILEGIIS EORUM.

1. Impp. [52] VALENT. & VALENS AA. ad Arthemium correctorem.

QUi ſeſe in officiis magiſtrorum equitum ac peditum militare monſtraverint, ab omni nominationis injuria excuſentur. Dat. 13. Kalend. Octobr. *Aquilani*, Acc. 15. Kal. Novemb. *Salerni*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

2. Iidem AA. Mamertino P. P.

QUi [53] in officio magiſtrorum equitum ac peditum militiam ſortiti ſunt: ordinis ſint militaris.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Baſſo [54] P. P.

PRobari apparitores magiſteriæ poteſtatis neque curiales [55] in aliquo officio, neque cohortales, neque cenſibus [56] adſcriptos volumus [57]. Dat. prid. Non. Mart. CP. CYRO V. C. CONS. 441.

1 Curialis. 2 *l.* 9. *ſupr. h. t. l.* 66. *C. Theod. h. t.* Curru publico ſuis in negotiis duces & præſides provinciarum & miniſtrantes eis apparitores, ne utuntor, ſi ſecus fecerint, in animalia ſingulas auri libras ſolvunto. 57. *Synopſ. Baſil.* 17. *c.* 20. 3 Suo utatur officio. 4 Cohortalibus. 5 *Al.* Imp. Anaſtaſius A. 6 *Eclog. lib.* 5. *tit.* 1. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 21. & 22. dixi ad *l.* 11. *ſupr. de ſacr. Eccl.* 7 Conjunge cum *l.* 11. *ſupr. de ſacr. eccl.* & *l.* 2. *ſupr. de quib. mun. vel præſtat. nem. l.* 10. *tit.* 48. 8 *l.* 11. *ſupr. de ſacr. eccl. l.* 1. *l.* 2. *ſupr. de quibus munerib. lib.* 10. *tit.* 48. *l. ult. in fin. ff. de muneribus.* 9 Al. *Juſtinus.* 10 *Ecl. ibid.* 11 Quidam legunt, *clabularem.* Eſt autem clabula, vehiculi genus, de quo vide hic *Græcos Syn. Baſil.* 1. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *c.* 22. ὀχημάτων. 12 Arcæ ſive menſæ P. P. in quam canones ſeu tributa inferebantur, fit etiam mentio in *l.* 6. ʒ. *de exact. tribut. l.* 10. *tit.* 19. *l.* 13. *ſupr. de ſuſceptorib. l.* 10. *tit.* 70. *l. ult.* J. *de apparit. Præf. Prætorio h. l. tit.* 53. *l.* 9. *Cod. Theod. de indulg. debit.* fuit & arca quæſtoria. Symmach. *in epiſt.* arcæ theatris P. urbi. *Julianus Nov.* 63. *c.* 1. adde *l.* 14. *ſupr. h. t.* 13 Al. *Juſtinianus.* 14 Vid. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 15 Movere equum, eſt eo uti, *ut hic* & *l.* 4. ʒ. *h. t.* ita movere arma, armis uti, *l. unic. ſupr. ut armor. uſus. lib.* 11. *tit.* 46. 16 Specialiter.
17 *L.* 8. *C. Theod.* 6. 18 Tractatoria diplomata ſunt quæ dantur miſſis, vel evocatis a principe, curſu publico utentibus, adſcriptis etiam ſtativis, id eſt, diverſoriis & manſionibus, quibus alantur ſumptu publico. Cujac. *hic.* al. *tractatoribus & ſtationariis*, *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 19 *Al.* Imp. Conſtantin. A. 20 Tractatores.
21 Ut hic, ita etiam tractatorias accipe *in l. pen.* ʒ. *tit. prox. l.* 2. *ſupr. de deſert. l.* 8. *C. Theod. de curſ. publ. l.* 2. *C. Th. de dom. & prot.* & *lib.* 3. *legum Longobardicarum.* Mod.
22 Curſus publici tractatorias, ſeu diplomata qui habent, jus ſtativa habendi, id eſt, ullo loco conſidendi non habent, ultra biduum. 23 De feris, vid. *ſupr. tit. de venat. ferar. lib.* 11. *tit.* 44. 24 Neceſſario. 25 Ut qui equos ad principem deducunt, quinque duntaxat diebus reſideant & alantur in ſingulis urbibus. *ut hic.* Hoc amplius colligit Corſetus *ſing. Gabella ſi alieni.* Poteſtate alicui facta frumenti extra territorium evehendi, ſeptem dierum ſpatium ad eam rem dari. Atque ita licet operarum exactio vetita ſit. *l. un. ſupr. Ne operæ a collatorib. exigantur l.* 10. *tit.* 24. *l. ad portus.* 7. ʒ. *de oper. public.* & equorum perſecutio. *l.* 1. *ſupr. Ne ruſticani ad ullum obſequium lib.* 11. *tit.* 54. non tamen equorum proſecutoribus miniſterium prohibitum. *ut hic.*
26 Proſecutio equorum dicitur *hic*, ut auri. *l. unic. ſupr. de auri publici perſecutorib. l.* 10. *tit.* 72. publicarum functionum. *l.* 9. ʒ. *de curſ. publ. h. l. tit.* 51. frumentorum. Caſſiod. 4. 27 Intra.
28 *Al.* Imp. Leo A. 29 Ex *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 10. *l. un. confer.* valde enim immutata eſt, *l.* 3. *in pr. infr. h. t.* 30 Vid. *l.* 1. *infr. tit. prox. l.* 7. *ſupr. qui militare. h. l. tit.* 34. 31 Id eſt, obtinuerint, ut alias ſæpius. 32 Præfectiarios. Præfectiani autem hic ſunt præfecti Prætorio apparitores, adde *l.* 3. J. *h. t. l.* 8. ʒ. *de offic. rectoris provinc.* adde *tit. Cod. Theod. Ne præfectianus. lib.* 12. *tit.* 10. 33 Apparitores Præfectorum prætor. exactores, horrearii, decuriones eſſe non poſſunt. 34 *Curarum*, in *C. Theod. tit. ne præfect. exam.* &c. ex quo hæc lex eſt, *l.* 12. *C. Theod.* 10. 35 Abſunt a *C. Theod.* 36 Imp. Anaſtaſius A. 37 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 38 Præfectiarius. *l.* 2. *ſupr.* 39 Arcæ P. P. fit mentio in *l.* 22. *ſupr. de curſu publ. h. l. tit.* 51. ubi dixi. 40 Inhærent. 41 De legionibus dixi ad *l. ult. ſupr. de caſtrenſ. pecul. milit.*
42 Al. *ſeveritatis.* 43 *l.* 1. *ſupr. de præpoſ. ſacri cubic. h. l. tit.* 5. *l.* 4. *ſupr. de conſulibus h. l. tit.* 3. *l.* 1. *ſupr. tit. prox.* Hujuſmodi oſculum principis (quod ſc. princeps a ſuis ſubditis accipere, non dare ſolebat) *labratum* dicitur a labro, ut ab ore oſculum: quod fieret labris manu admota & tacta, deinde purpura principis, vel genu flexo, φίλημα βασιλικὸν, ἀσπασμὸν βασιλέως. Et hæc principalis adoratio, veneratio principis purpuræ & imperii, *l.* 1. *ſupr. de appar. præf. prat. h. l. tit.* 53. & *hac lege.* vid. Cujac. 11. *obſerv.* 27. *in fin.* 44 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 45 *Ex lib.* 14. *tit.* 3. *l. ult. Cod. Theod.* ex quo hic quædam ſunt detracta.
46 Concuſſio piſtorum vetita: & ſic vetitum, ut ne Præfectus urbi, ejusve apparitores, cum pecuniam publicam ex arca frumentaria piſtoribus frumento publico emendo adnumerant, piſtores concutiant. *l.* 2. *ſupr. de frumento urb. Conſtantinop. lib.* 11. *tit.* 23. 47 Al. *concutierit.* 48 *Perpetuis*, in *C. Theod.* 49 Panificii nexus, piſtorum corpus. 50 Pœnæ ſpecies eſt corpori alicui addici, *ut hic*, urbanicianus, id eſt, officialis ſeu apparitor P. urbi, corpori piſtorum addicitur, & in corpus piſtorum damnatur, *ut hic*, ſic monachi abjecta ſtola, vel tribonio in curiam vel cohortem transferuntur. *Nov.* 5. 6. dixi ad *l.* 38. *ſupr. de decur.*
51 *Eclog. lib.* 7. *tit.* 6. 52 *Al.* Impp. Theodoſ. & Valent. AA. 53 Apparitores magiſtri militum, milites eſſe videntur, hoc autem ideo dicitur, ut eos caſtrenſe peculium habere poſſe oſtendatur, *Synopſ. Baſil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 56. *tit.* 17. *c.* 30.
54 Ariovindo magiſtro militum, *in Nov. Theod. tit.* 14. *l.* 4. *unde hæc lex deſumpta eſt* §, *probari autem. al.* Imp. Martian. A. 55 Apparitores, magiſteriæ poteſtatis eſſe non poſſunt, qui curiales, vel cohortales, vel cenſibus adſcripti. 56 Adſcripti cenſibus, adſcriptitii. 57 Multa tum in princ. tum in fin. *Nov. Theod.* detracta ſunt, ſed ea integra extat.

Numerarii illuſtrium, completa militia, & principatus munere functi gaudent privilegiis hic inſertis. Bart.

4. Iidem AA. Apollonio.

NUmerarios virorum illuſtrium magiſtrorum militum tam præſentalium quam Orientalium, qui ordine & ſtipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes, tribunis prætorianis partis militaris, ſudoribus eorum beneficium deferentes, ſociari præcipimus: ita videlicet, ut poſt completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium judicum ſemper habeantur immunes: principatus vero munere functos, tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

5. Imp. [1] ANASTASIUS [2] * magiſtro militum.

EOs qui in officiis veſtris [3] merentes, ſtatutorum [4] tantummodo numero inſerti ſunt, fori [5] præſcriptione muniri: cæteros [6] vero qui ſupra hujuſmodi numerum militare noſcuntur, quaſi nec militantes, & apud [7] illuſtriſſimas præfecturas, & apud clariſſimos [8] provinciarum rectores de quolibet pulſari & conveniri, & ſine cinguli præſcriptione reſpondere negotio ſancimus. Dat. 2. Non. Mart. CP. CYRO V. C. CONS. 441.

TIT. LVI.

DE APPARITORIBUS PROCONSULIS ET LEGATI [9].

1. Imppp. [10] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Flavium Proconſulem Africæ.

OFficio [11] quod tuis meritis obſecundat, non curialem [12] quemquam, nec ex cæteris [13] corporibus volumus aggregari: at ſi qui erunt inter apparitores hujuſmodi, reſtitui eos muniis debitis mox jubemus.

2. Impp. [14] ARCAD. & HONOR. AA. Dominatori Proconſ. Afric.

APparitioni tuæ, & legatorum quadringentos [15] cenſuimus deputandos, & de his duntaxat quos eſſe ſibi detractos reipub. membra non queruntur.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [16].

IN proconſulari [17] provincia officium proconſulare poſtulet quod exigere conſuevit, nec alienis ſe partibus impudenter inſerat.

TIT. LVII.

DE APPARITORIBUS COMITIS ORIENTIS.

1. Impp. [18] ARCAD. & HONOR. AA.

IN officio comitis Orientis non amplius quam ſexcenti [19] apparitores habeantur, quos quidem publicis neceſſitatibus novimus abunde ſuppetere [20].

TIT. LVIII.

DE [21] COHORTALIBUS [22], PRINCIPIBUS, CORNICULARIIS, AC PRIMIPILARIIS.

De ſtationariis.

1. Imp. CONSTANTINUS A. edicto ſuo ad Afros.

OMnes ſtationarii [23] neque ſuperexactionem audeant, neque carcerem [24] habeant [25], neve quis perſonam, licet pro manifeſto crimine, apud ſe habeat in cuſtodia, ſciens quod ſi quid tale fuerit commiſſum, capite puniendus eſt. PP. 6. Id. Maji, *Carthag.* CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. CONSS. 315.

De Sacra probatoria.

2. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANS AA. Tauro P. P.

NUllus Judicum quemquam ſine ſacra [26] probatoria probare audeat, vel provehere. Excipimus tamen officia Provincialia [27] curſus publici ſolicitudinem ſuſtinentia: nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica [28] permittit utilitas [29]. Dat. 6. Kalend. Januar. *Mediol.* Accept. 8. Id. Jul. DATIANO & CEREALE CONSS. 358.

De cohortalibus Syriæ.

3. Imppp. [30] VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. Feſto Conſulari Syriæ.

SOlita Cohortalibus [31] Syriæ privilegia, quæ a D. Diocletiano porrecta ſunt atque conceſſa, nos quoque porreximus: ac jubemus eos non ad ſolicitudinem baſtagæ [32], non ad functionem naviculariam devocandos, non invitos curialibus cœtibus adſcribendos: verum peracto labore militiæ, paſtus [33] primipili [34] competenti ſedulitate functione tranſacta, prærogativam [35] his recuſationis offerimus. Dat. 6. Non. Octobr. VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

De officialibus Rectorum Provinciarum.

4. Iidem AAA. & GRATIANUS A. Probo P. P.

OFficia Rectorum Provinciarum tuæ Magnificentiæ literis volumus admoneri, ut ſuſceptos in officio proprio, vel probatos, cohortium [36] nomine, vel [37] legionum privilegiis exiſtiment inſerendos [38]. Dat. 16. Kal. Jun. MODESTO & ARINTHEO CONSS. 372.

De primipilario plures filios habente.

5. Iidem [39] AAA. Modeſto P. P.

QUicunque per Oſroënam [40] Primipilaris majore lætatur numero filiorum, unum loco ſuo veluti hereditario jure ſubſtituat, alterum pro amore patriæ Ædeſenæ [41] curiæ tradat obſequiis: cæteris qua [42] voluerit militia proviſurus. Sin autem duos tantum procreaverit: cohorti ſatisfacere cogatur, & curiæ. Quod ſi unum procreaverit, eundem ordini patriæ reſtituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus ſane [43] licentiam tam patribus [44] eorum, quam ipſis, qui hujus legis auctoritate civitatum obſequio aggregantur, ut ſi quos Curiales patrocinio Principalium invenerint excuſari [45], in medium proferant: ut [&] ipſi ſimilibus officiis deputati, pareant [46] impetratis. Dat. 3. Non. Decembr. *Antiochiæ*, poſt Conſulat. GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 375.

De delictis.

6. Imppp. [47] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Neotherio P. P.

SI Apparitor defugerit criminoſus [48], Edictum, quo revocari poſſit, adjecta conditione legibus ſubſequatur: cui niſi fuerit ſatisfactum, merito in latitantem a judice pro qualitate peccati ſententia proferetur. Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina ſublevamus. Dat. prid. Id. Jun. *Mediol.* ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De Apparitorum laxatione, & remiſſione.

7. Imppp. [49] VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

ORdinariorum Judicum Apparitores [50], qui vel Speculatorum [51], vel Ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur priuſquam primipili [52] paſtum digeſta ratione compleverint. Quod ſi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defeſſæ ſenectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætendenda, non prius otio condonetur, quam omne, quod Primipilo debetur, expenderit. Eos etiam, qui pro ſceleribus ſuis ſoluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio ſub hac occaſione lætentur, ita condignæ ultioni eos volumus ſubjacere, ut functioni quoque, quæ extremæ militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus ſubtrahatur. Datum 3. Non. Maji, *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

De adæratione.

8. Impp. [53] ARCAD. & HONOR. AA. Euthymio Vic. Aſiæ.

SPeciebus Primipilaribus adærandis [54] eadem pretiorum taxatio ſervetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri. Datum 5. Kalend. Mart. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

De Apparitoribus per Illyricum.

9. Iidem [55] AA.

PEr Illyricum (in quo plurima ac maxima neceſſitatum publicarum emolumenta officiis conſtat Præſidalibus expediri) centeni numero ſingulis Judicibus obſecundent: nec ultra hunc modum, vel ad militiam ullus adſpiret, vel conniventia judicum perſeveret. Adhibendi autem ſunt ad hujuſmodi miniſteriorum obſequia, non illi, qui vano militiæ nomine immania lucra ſectentur, ſed qui neceſſitatem officii ſolicitudinibus debitis exequantur.

De nomine in matriculis recipiendo.

10. Iidem AA. & THEOD. A. Anthemio P. P.

QUicunque chartas [56], vel tabulas, vel quodcumque aliud miniſterium cohortalis optaverit, non ante [57] accedere permittatur, niſi ejus nomen matriculis receptum primitus fuerit: pœna propoſita his, qui contra ſtatuta cœleſtia crediderint ſuſcipiendos aliquos, aut quodlibet eis [58] officium injungendum. Dat. 16. Kalend. April. CP. DN. NN. HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

1 Al. *Iidem AA. Arnobio magiſtro militum.* 2 Al. *Zeno.* 3 Al. *noſtris.* 4 In ſchola magiſtri officiorum apparitorum alii ſtatuti ſive intra numerum, alii ſupernumerarii, *ut hic.* 5 Forum apparitores intra numerum ſeu numerarii magiſtri officiorum ſortiuntur apud magiſtrum officiorum. 6 *l.* 3. *ſupr. de officio magiſtri militum.* 7 Forum ſortiuntur apud Præfectum prætorio apparitores, ſupernumerarii, magiſtri officiorum. 8 Viros clariſſimos.
9 Legatis. 10 Imp. Conſtantinus A. 11 Apparitor proconſulis eſſe non poteſt, qui vel curialis ſit, vel alterius corporis. 12 Naturalem. 13 Puta piſtorum aut trapezitarum. 14 *Al.* Imppp. Valent. Valens & Grat. AAA. Proconſuli Africæ. 15 Apparitores quadringentos proconſul Africæ olim habuit. 16 Al. *Iidem AA.* 17 Provinciali. Provinciarum quædam Proconſulares: hoc autem verbo Græci intelligunt Aſiam & Corinthum, Cujacius Africam, *l.* 11. *ſupr. de erogat. milit. annonæ. h. lib. tit.* 38.
18 *Al.* Imp. Zeno, *al.* Theod. 19 Apparitores ſexcentos Comes Orientis habuit. 20 Sufficere.
21 *L.* 8. *C. Th.* 4. Cohortales qui, dixi ad *l.* 14. *ſupr. de curſu publico. h. lib. tit.* 51. & *ad l.* 10. J. *h. t.* 22 Cohortales ſunt officiales præſidum vel conſularium & correctorum. 23 Stationarii ſunt ex cohortalibus, *l.* 1. *ſupr. de curioſ. h. lib. tit.* 23. *l.* 6. *ſupr. de dignitatibus.* 24 Carcer interdictus ſtationariis: Imo omnibus privatis. adde *l.* 1. & *l.* 4. *in fin.* ʒ. *de curioſis. h. lib. tit.* 23. Poſſunt tamen ſtationarii fugitivos prehendere. *l.* 4. *ff. de fugit.* 25 Al. *habeant.* 26 Vide *l.* 9. J. *de diverſ. offic.* 27 *l.* 9. *ſupr. de curſu publico. h. lib. tit.* 51. 28 Curſus publici commoditas ad publicam utilitatem pertinet. 29 Auctoritas. 30 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 31 Cohortalium conſularium Syriæ quæ privilegia. 32 Baſtaga munus erat ferendi res neceſſarias ad exercitum. Al. *baſtagiæ*, *al.* utrumque deeſt. 33 Primipili paſtus. vid. *l.* 7. J. *h. t.* 34 Primipilum hic accipe pro annonæ militaris exhibitione & cura. vid. *l.* 1. *ſupr. de condict. ex lege.* & *l.* 1. 2. 3. 4. J. *de primipilo. h. lib. tit.* 63. 35 Al. *poſt primipili competenti ſedulitate functionem tranſactam*, ſed rectior videtur excuſa lectio. 36 Officiales rectoris provinciæ, nomine cohortales: privilegio legionarii. 37 *Et legionum,* ex Græcis legit *Cujac.* 38 Inferendos. 39 Imppp. Valentinianus, Valens & Gratian. Modeſto P. P. in *Cod. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 79. unde hæc lex deſumpta eſt. 40 *Oſdroënam*, in *C. Theod.* al. *aliter.* 41 Sic legitur in *C. Theod.* al. *Oſdroſeenæ:* ſed Ædeſſa eſt urbs provinciæ Oſroenæ. Cujac. *hic.* 42 Quam voluerit militiam. 43 Autem. 44 *l.* 13. *C. Theod.* §. *eod.* 45 Excuſatos. 46 Careant: ſed excuſa lectio confirmatur *C. Theod.* in quo hæc additur ſubſcriptio: Dat. 3. Non. Decemb. Antiochiæ poſt Conſ. Grat. A. 3. & Equitii V. C. 47 *Al.* Impp. Honor. & Theodoſ. AA. 48 De cohortali criminis reo & latitante præſes provinciæ cognoſcit. 49 *Al.* Imp. Theodoſ. A. 50 Ordinarii judices in libris noſtris ſunt præſides viri clariſſimi, non viri ſpectabiles vel illuſtres. *l.* 2. *ſupr. de prox. ſacr. ſcrin. l. ult. ſupr. de mod. multar. l. omnes. ſupr. de epiſc. & cler.* Græci ἐμβαθμίους vocant *Nov.* 20. & 112. in Præſidum officio ſunt Principes, cornicularii, commentarienſes, numerarii ſive tabularii, adjutores, ſubadjuvæ, ab actis, a libellis, exceptores. Sunt & qui ſpeculatores dicuntur & ordinarii, ut *Cod. Theod. tit. de iis, quæ adm. vel. off. publ. ger. trad.* Mod. 51 Speculatores dicuntur, non ſpiculatores, *ut in l. Divus* 6. *verſ. Pannicularia. ff. de bonis damnat.* & *Marci* 6. *verſ.* 27. ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα, ἐκέλευσε ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Hinc Suetonio ſpeculatoria caliga. Iidem Teſſerarii Plut. *in Galba.* vid. plura apud Cujacium 6. *obſerv.* 33. 52 Primipili paſtus hic dicitur, ut *l.* 3. *ſupr. h. t.* unde admonemur, primipilum eſſe annonæ militaris exhibitionem, ut & *l.* 6. *C. Theod. h. t.* *Theodor. Hermopolites* 9. *tit.* 9. 53 *Al.* Imp. Valentin. 54 In adæranda annona militari, ſervanda ſunt pretia fori rerum venalium. 55 Al. *Idem A. & Martian. A.* 56 Ex cohortalium grege (de cohortalibus dixi ad *l.* 14. *ſupr. de curſu publico*) plerunque aſſumebantur, qui tabulas, vel chartas fiſcalium debitorum tractarent, agerent, adminiſtrarent, *ut hic.* Hi quia chartas tractant, chartularii quoque dicti. 57 *Antecedere*, al. *antea cedere.* 58 Ejus.